

VLYSSES  
REDVX IN ITHACAM.

DRAMA,

AD QVOD  
FVTVR DIE IOVIS,  
QVO

MAGNIFICO CONSVLI

FASCES PRIMVM AVSPICATO CAPESENTI,

ATQVE

VNIVERSO ORDINI SENATORIO

INCLVTAE CIVITATIS ZITTAVIENSIS

AMPLISSIMO SPLENDIDISSIMOQVE,

GYMNASIVM GRATVLABVNDVM

D. XIX. SEPT. MDCCXLV.

H. L. Q. C.

PIETATEM SVAM ET SVBMISSIONEM

OFFERT,

EA, QVA PAR EST,

DEVOTIONE, OBSERVANTIA ATQVE AMORE

INVITAT

ADAM DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. DIRECTOR.

ZITTAVIAE,  
LITTERIS VIDVAE STREMELIANAE.



ALIAS  
REDAKTION THACAM

DRAMA

AD ALIAS  
LAVATRIO DIA TONIS

MAGNIFIC CONSAU

FACIES PRIMAM AVBIVAO CAVETEIN

MINAREO ORHINI SEMANTORIO

MINAREO CULTUS SITAVANUS

AMPHISMO SHIBDIPASSOCON

CHIARONEO CANTINASANDO

DI ALIAS CANTINASANDO

ELATILOM SARTA DIA LAMBOGO

GRANDE

DYCOLIONE DOPOLVATTA VLADE A MONE

ADM DAZZER RICUTTERA

GRANDE

ELATILOM

ELATILOM SARTA DIA LAMBOGO

**Q**uemadmodum uarii ritus, quibus Romani olim usi sunt, priscam religionem nec non fan-  
citatatem quandam spirant, ita etiam Consulium inauguratione sancta apud illos et religiosa  
res sunt. Ipsi enim die inaugurationis deducebant Romani Consules suos nouos et cu-  
ria in Capitolium magno comitatu nec non solemni pompa, quae incidebat. Lictores,  
quorum munus fuit submoquare, cum fasibus praecedebant, non gregatim quidem aut confuse,  
non item bini terni, sed singuli et in lineam, ut itaque lictor, qui in populum incurrebat agmen  
ducens *primus*, postremus autem, quoniam a Consule proxime aberat, *proximus* de hoc ordine  
incendi dicti esse videantur. Ibant deinde Consulis ante pedes, sellam enim curulem Consules,  
quando procedebant, post se uectam habuerunt, Hodor. XI, 20. Equites, turba senatus infe-  
quentie cingendo Consulis latus; in extremo autem agminis ordine tam longum populus iter facie-  
bat tamque densa turba, ut ista multitudinis hominum frequentia et coetu multi sapce elisi sint.  
Ouid. Pont. IV, 9. In templo Capitolino cuiibus congregatis adorabant Noui Consules iouem  
et reliquos Deos, precantes, ut in sua uota faciles fierent. Ouid. Pont. IV, 4. 29. Publica ista  
precautione peracta jubebant, ut sacra uictima caderet. Ouid. Pont. IV, 9. 28. Immolabant autem  
Noui Consules Diis boues nueos, quos herba Falisca suis campis aluerat. Quoniam uero ge-  
neratim semper a sacrificantibus obseruatum est, ut, si hostia, quae ad aras duceretur, suisset  
uehementius reluctata ostendissetque, se inuitauit alteribus admoueret, amoueretur, quum inuitu  
Deo eam offerri putarent, ita etiam in hoc publico sacrificio Nouorum Consulium ad litandum ad-  
que uotum impetrandum illud praefertim requirebatur, ut boues niae se praebherent securi certas  
non inuitos. Ouid. Pont. IV, 4. 31. Intercessisse multas alias solemnitates et uenerationes in hoc  
cultu diuino Nouorum Consulium die inaugurationis non inscite quis conjicet, qui publicam ma-  
gnificentiam in singulis majoris rebus momenti apud Romanos animo secum spenderit. Sed ne-  
mo scriptor, quantum memini, separatis haec omnia nobis expedita reddidit, illud autem no-  
bis porro patet, si ad uerba Ouidii, Pont. IV, 4. 31, qui eam rem omnium optime explicare potu-  
it, quia ipse fine dubio saepe huic pompa olim interesse potuerat, animum aduentum, Nouos  
Consules rebus facis in templo peractis a Capitolio ficiunt temporibus Reipublicae in Curiam, ita  
temporibus Caesarum Imperatori deductos esse, ut gratias agerent meritas Superis et Caeſari.  
Pateres, qui ex more vocati aderant, aures intendebant ad uerba Consulium. Domum deinde re-  
petentes comitante senatu non hominum modo magna, sed gratulantium etiam tanta multitudo No-  
uorum Consulibus insequebatur, ut uix domus officium populi caperet. Ouid. ibid. v. 41. Tandem his  
omnibus ille adhuc publicus honor accedebat, ut Noui Consules factos referarent, utque annus  
ab illis numeratus fit.

Haec de publico honore nouis Consulibus in die inaugurationis apud Romanos olim exhibiti  
dixisse sufficiat, in potissimum mente, ut aetas mollior et juventus nostra scholastica suspicere a  
teneris Magistratum, qui a Deo ordinatus est, quum gentes etiam ueneratione, qua par est, hu-  
millima ab antiquissimis temporibus Magistratum semper reveritae sunt, et quanta huic cines et  
subditu debeat, diligenter condiscat.

Quoniam enim antiqua et laudabilis Zittaviae res est, ut Musae statim atque anniuersariis  
regiminis uicibus *Magnificeis Consulibus*, non tantum *ILLI*, qui hactenus ad gubernacula feliciter  
et cum summa laude federat, sed et Novo *CONSULI*, precibus et pietate religiosa in aede sacra ini-  
tiato, regiminis gratulari atque uniuerso *Ordini Senatorio Amplissimo* suam pietatem et obsequia  
testari soleant, animi juvenum ad hanc suam pietatem, quam *crafina luce audita hora a meridie*  
*secunda*, quod Deus bene uertat, *Senatus Amplissimo auctore* perfoluere licitum est, exemplo ue-  
terum Romanorum, quorum libros scholae nostrae explicare solent, incitandi erant. *Dramatis*  
argumentum desuntum est ex *Odyssee Homeris*, insequenti ordine diuinum et colligatum.

## ACTVS I.

SCENA I. *Telmacchus redux in Ithacam refert Pifenori suo de Procis Penelopes*, ju-  
bens Mentorem uocare et Theoclymenum.

SCENA II. *Penelope monet Telemackum de consiliis conferendis sine mora contra*  
Procos.

SCENA III. *Telemachus concionatur suam fortunam et Penelope injurias*  
Mentori exponit, *Eurymone monet Penelopen, Theoclymenus autem conso-*  
latur illam, certissimum redditum Ulyssis praefagiens.

SCENA IV. *Penelope* instruit suam *Eurynonem*, quid factum oporteat, ubi ad Procos uenerit.  
SCENA V. *Telemachus* *Penelopae*, matri sua, separationem amplius narrat ea, quae in peregrinatione sua de patre audiuimus, et  
SCENA VI. Succedit *Eurymacho*, nuptias *Penelopes* insolenter petenti.

## ACTVS II.

SCENA I. *Telemachus* jubet domo *Antinoum* et *Eurymachum* excedere.  
SCENA II. *Penelope* reprehendit *Telemachum*, quod cum *Antino* et *Eurymacho* adhuc colloqui audet; *Antinoum* autem et *Eurymachum* objurgat, quod a sententia sua desistere nolint.  
SCENA III. *Eurymachus* cauillatur *Antinoum* propter consilium de *Telemacho* occidendo non approbatum.  
SCENA IV. *Eurynome* *Eurymacho* fidem *Antinoi* suspectam facit.  
SCENA V. *Penelope* instruit *Eury nome*, ut *Antinoum* pariter in hanc eandem fraudem deducat contra *Eurymachum*.  
SCENA VI. *Antinous* male exceptus a *Penelope*, et  
SCENA VII. querens ab *Eurynome* contumeliae caussam, animo ardescit in *Eurymachum*, quod solus apud *Penelopen* potior sit.

## ACTVS III.

SCENA I. *Vlysses* sub forma peregrini hospitis, et sub nomine uicto *Nulli*, delatus a Phaeacensisibus in Ithacam jacet in littore dormiens. Breui expergiscitur, sed non cognoscit se in patriam uenisse.  
SCENA II. *Vlysses* supplex alloquitur *Melan tho*, ancillam *Penelopes*, in littore obrantem.  
SCENA III. *Mentor Vlyssen*, qui primum caussam sui aduentus singit, dissimilans se esse *Vlyssen*, docet de caede Procorum.  
SCENA IV. *Vlysses* a *Eumaeo* hospitiis excipitur.  
SCENA V. *Pifenor Eumaeo* nunciat de salute *Telemachi* reducis, et abit nunciatum suo *Telemacho* de peregrino hospite apud *Eumaeum*.  
SCENA VI. *Agelaus* jubet *Eumaeo* in posterum plures oues pingues interficiendas, et ridet uaticinium peregrini hospitis de reditu *Vlyssi*.  
SCENA VII. *Telemachus*, percontatus *Eumaeum* de peregrino hospite, uider accedere *Antinoum*, et sic statim properat abire cum *Eumaeo* et peregrino hospite.  
SCENA VIII. *Antinous* et *Eurymachus* sibi iniucem suspecti rixantur.  
SCENA IX. *Agelaus* ex improviso accedens dirimit pugnam et nunciat, timendum esse, ne *Vlysses* breui redeat.

## ACTVS IV.

SCENA I. *Vlysses* laudans Iouem et Mineruum, quod patriam ingressus sit, meditatur Procis exitium.  
SCENA II. *Vlysses* se dominum *Eumaeo* prodit, nec non  
SCENA III. *Telemachos*, quem deinde ad Procorum caudem instruit.  
SCENA IV. *Pifenor* dolet *Vlyssen* absentem.

## ACTVS

## ACTVS V.

- SCENA I. *Agelans*, sollicitus de sociis, qui ad insidias Vlyssis abierant;
- SCENA II. ab *Antinoo* auctem et *Eurymacho* de reditu Vlyssis nondum facto certior facetus monet, ut nuptias maturent.
- SCENA III. *Pisenor* ablegatur ad Penelopen.
- SCENA IV. *Penelope* cum *Telenacho* respondent *Procis* nuptias denuo perentibus.
- SCENA V. *Eumeaus* accedit cum hospite suo peregrino, qui *Vlysses* et ignotus est, et male habetur ab *Antinoo*,
- SCENA VI. ab *Iro* auctem prouocatur ad certamen.
- SCENA VII. *Melanthon* increpat *Vlyssen*, ob Irum aedibus expulsum, quam *Penelope* uituperat, *Procis* autem certamen proponit, depronens Vlyssis arcum huic certamini.
- SCENA VIII. *Penelope* timet de isto certamine, an aliquis Procopum arcum fortasse tendat.
- SCENA IX. *Melanthon* nunciat *Penlopae*, Antinoum a peregrino hospite, qui *Vlysses* est, sagitta trajectum esse,
- SCENA X. *Pisenor* autem amplius, omnes Procos occisos, peregrinum autem hostitem ipsum Vlyssem esse.
- SCENA XI. *Euryklea* idem adfirmat, et *Melanthon* exultans canit uictoriam.
- SCENA XII. *Vlysses* tandem ipse cum *Telenacho* accedit, et cognoscitur a *Penelope*.

## Index Actorum.

- VLYSSES, *Immanuel Siegfried Eifersdorf*, Zittau.
- PENELOPE, *Christianus Traugott Heffterus*, Loebau.
- TELEMACHVS, *Iohannes Augustus Daniel Richter*, Annaberg. Misn.
- MENTOR, *Iohannes Christianus Seyffert*, Seiffenhennersd. Lusat.
- ANTINOVs, *Christianus Gottlieb Ludwig*, Zittau.
- EVRYMACHVS, *Christianus Gottfried Kretschmann*, Zittau.
- AGELAVS, *Iohannes Christianus Pezold*, Schoenberg. Lusat.
- EVRYNOME, *Iohannes Christianus Drossel*, Zittau.
- MELANTHO, *Immanuel Benjamin Gottlieb Kretschmar*, Megalo Boritzsch. Luf.
- EVRYCLEA, *Ephraim Gottlieb Gutfche*, Seiffenhennersd. Lusat.
- PISENOR, *Praeaco Telemachi*, *Christianus Friedericus Richter*, Heinewald. Lusat.
- EVMAEVs, *Villicus Vlyssis*, *Iohannes Samuel Netsch*, Nieder-Oderwitz. Lusat.
- THEOCLYMENVS, *comes Telemachi et hospes*, { *Gottlieb Christian Keilvitz*,  
IRVS, *Pauper domesticus in aedibus Vlyssis*, { *Ottendorfens. Misnic.*

## Partes Gratulantium

obtinent et sub initium hujus Dramatis dicent,

- Iohannes Gottlob Hartmann*, Zittau. Orat. lat. quod Consulatus magna et uenerabilis res sit,
- Iohannes Gottlieb Gutfche*, Seiffenhennersd. Lusat. Orat. lat. quod Deus magistrus auctor et auxiliator sit,
- Iohannes Gottfried Strietzel*, Zittau. Orat. lat. quod sine iustitia et cura Magistratus Opificia et Commercia rerum non florere possint.

CA.

AK 5294

X 343 9602

## CANENDA

### IN HOC DRAMATE,

quorum modulationem gratissimam cum adjuncta com-  
modulatione fidicinantium tibiisque canentium elaborauit  
Gymnasi nostri honoratissimus

Collega et Cantor,

Domin. Carolus Friedericus Goeffelius.

### ACTVS I. SCENA. VI.

Ridet ignaos Venus ipsa, rident  
Simplices Nymphae ferus et Cupido,  
Semper ardentes acuens sagittas  
Cote cruentas.

### ACTVS II. SCENA VII.

Vis consilii expers mole ruit sua;  
Vim temperatam Dii quoque prouehunt  
In majus: iidem odere uires  
Omne nefas animo mouentes.

### ACTVS III. SCENA IX.

Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra  
Pectora pro facto spemque metumque suo.

### ACTVS IV. SCENA IV.

Stentorio licet ore boet contemtor honesti,  
Nil tamen efficit, sed uox illa ampla fileset,  
Quando loqui incipiet contra uel quando tonabit  
Ipse deus, diro cum fulmine fulgura miscens.

### ACTVS V. SCENA XI.

Scilicet aduersis probitas exercita rebus  
Tristi materiam tempore laudis habet.  
Si nibil infestus durus uidisset Ulysses,  
Penelope felix, sed sine laude fores.

### SCENA XIII.

Gaudie, Penelope, pete fertum, tingere nardo,  
Ipse dedit Iupiter gaudia magna tibi.

Vt itaque huic deuotioni nostrae fauere, discipulosque nostros quosdam Primae Classis in  
Gymnasio; jam nominatos, dicentes benignis auribus audire, agentes autem in scena fauente-  
bus oculis spectare uelint, id est quod jam nunc MAGNIFICVM atque AMPLISSIMVM  
SENATVM aliosque Fautores et Amigos omnes obsequiose et officio-  
fissime rogo et oro.



VLYSSES  
REDVX IN ITHACAM.

DRAMA,

AD QVOD  
FVTVR DIE IOVIS,  
QVO

MAGNIFICO CONSVLI

IVM AVSPICATO CAPESENTI,

ATQVE

ORDINI SENATORIO

IAE CIVITATIS ZITTAVIENSIS

O SPLENDIDISSIMOQVE,

SIVM GRATVLABVNDVM

D. XIX. SEPT. MDCCXLV.

H. L. Q. C.

TEM SVAM ET SVBMISSIONEM

OFFERT,

EA, QVA PAR EST,  
OBSERVANTIA ATQVE AMORE

INVITAT

DANIEL RICHTERVS,

GYMNAS. DIRECTOR.

ZITTAVIAE,  
S VIDVAE STREMELIANAE.

